

**C**Quarta forma est nutritura de litargiro: qd tantum ducatur in mortario de plumbo: quousq; accipiat colorem plumbi. est res preciosa omnibus dispositionibus cancro, sis in quacunq; parte corporis sint: precipue in ano. et est Galieni in secundo decem tractatum.

**C**Quinta forma est vnguentum dyaponfoligos: et lardatur a Theodorico: et a tota secta sua: quia curat cancrū et cancrenas et herisipillaz: et combustionem. Quod recipit olei rosati: cere albe. ana. 3. tres. succi granorum ruborum: solatri. vncias quatuor. ceruse lote. vncias duas. plumbi vsti et loti. pamphiligos vel tutie. ana. vnciam vnam. thuris vnciam medium. facto vnguento cuz oleo et cera: reliqua in descensu ab igne misceantur: et fiat vnguentum.

**C**Sexta forma sunt ruptoria et mortificantia dicta superius: et cauteria actualia Albucasis.

**C**De vulneribus et ylceribus compositis cum contusione. CAP IX.

**A**xilia vulnerum compositorū cum contusione. et sunt. ii. formarum.

**C**Prima est. Refrenarium de oleo mirtillorum vel rosarum cum albuminibus onorum.

**C**Secunda est. Resolutiunz de vino et melle et sale applicatis cum stupatis.

**C**Tertia est emplastrum de cera et cimino.

**C**Quarta est de floribus camomille: melliloti: absinthi: aneti: et cimini.

**C**Quinta est emplastrum de maluis: absinthio: et furfure: et aneto.

**C**Sexta est. Emplastrum factum de farina ordei: feni greci: seminis lini: florum camomille: furfuris subtilis. an. 3. vnam. arsenici subtiliter puluericati. 3. vnam. decoquantur cum vino decoctionis calamenti. addendo in fine modicum de oleo camomille. et fiat emplastrum.

**C**Septima forma est. Embrocatio Jamery: que omnes contusiones sanat et resoluit. Recipe olei. 3. duas. capitū ceparuz. 3. i. cimini: ruthe: absinthi: artemisie: paritarie. an. 3. medium. fiat emplastrum.

**C**Octaua forma est. Emplastrum Magistri Petri de bonanto commune ad omnes conquassationes. Recipe cere quartam vnam. armoniaci quartam medium. picis naualis quartam medium. masticis. 3. vnam. croci. 3. medium. farine fenugreci: cimini. ana. 3. duas. succi paritarie: aceti optimi. ana. quartam vnam. Infundatur armonia cum in succis per noctem: in mane ponatur super ignem: et liquefiat cum reliquis ad consumptionem succorum: pulueres malaxentur cum oleo laurino: et fiat emplastrum.

**C**Nona forma est. Oxicroceum commune in antidotario: quod est proprium in contusione ossium. Quod recipit croci: picis: colofonie: cere. ana. 3. quatuor. terbentine: galbani: armoniaci: mirre: thuris: masticis. ana. vncias vnam. dissoluuntur gume in aceto. et prout decet alia miscendo fiat emplastrum in forma magdaleonis.

**C**Decima forma est. Apostolicon commune antidotari et mirabiliter rectificat ossa conquassata. Recipe litargiru. 3. sex. armoniaci: lapidis calaminaris. ana. 3. vi. thuris: masticis. ana. 3. vnam. terbentine: galbani: bdelly: mirre: eris vsti. lepidos calcis: diptami: aristologie: prassly: oppponacis: sarcocolle. an. 3. duas. dissolutis gummis cuz ace to: et iunctis cum litargiro cocto cuz oleo et alijs in fine positis. fiat emplastrum.

**C**Undecima forma est. Apostolicon cyrurgicalum: et Ro-

geri commune omnibus quassaturis. Recipe colofonie. libram vnam. picis naualis libram medium. galbani: sera pini: armoniaci: oppponacis: thuris: masticis: terbentine ana. 3. medium. acetum. libram medium. cere. 3. tres. dissolutis gummis cum aceto bullitis et liquefactis addantur re liqua. et fiat emplastrum malaxando cuz oleo laurino. est enim bonum pro crepaturis si cum eo puluis rubeus et nux cipressi malaxetur.

**C**De vulneribus et ylceribus compositis cum apostemate et dolore. CAP. X.

**A**xilia vulnerum compositorū cuz apostemate et dolore sunt quatuor formarum.

**C**Prima est oleum rosatum. aut oleum papa veris cum vitello oui.

**C**Secunda forma est. Emplastrum de gra nato dulci Auicenne. Quod est. Recipe granatum dulce: et decoquatur in vino pontico usq; ad dissolutionem. et fiat emplastrum super locum.

**C**Tertia forma est de pane bulito: et multotiens additur siue aliquotiens de oleo. aliquotiens modicum de melle. misceantur. et fiat emplastrum: et est Galieni: et aliquotiens addatur de succo ebolorum: et aliquotiens de succo apy: ut laudant quatuor Magistri Galernitani: et est de meis.

**C**Quarta forma est. Emplastrum de maluis: et laudatur a Theodorico: et est de meis. Recipe foliorum maluarum M. tres. coquantur fortiter: deinde terantur et postea cuz modica decoctione reducantur super igne. addendo aliquantulum de furture subtili: et fiat emplastrum.

**C**De auxiliis vulnerum compositorum cuz veneno. CAP. XI.

**A**xilia vulnerum compositorū cum veneno sunt duarum formarum.

**C**Prima forma est. vnguentum nigrum: et est Dini. Recipe sepi arietini: picis: oppponacis: terbentine. an. libram media. fundendo misceantur: et prouian tur in aceto. addit Galenus in de secretis ad Timotheū: et in libro cathegenorum.

**C**Secunda forma est emplastrum de cepe: et laudatur a H. de saliceto. Recipe cepe vnum numero. radicum ally silvestris quart. medium. cicoree. 3. vnam. salis. 3. media. mellis. 3. q. coquendo radicem cum vino pistando in mortario. fiat emplastrum.

**C**De vulneribus et ylceribus compositis cum punctura et dolore neruorum. CAP. XII.

**A**xilia vulnerum compositorū cum punctura et dolore ac neruorum lesione. et sunt septem formarum.

**C**Prima est fomentatio cum oleo et terbentina mixtis et calefactis.

**C**Secunda forma est vnguentum de euforbio: et est Galieni laudatum per Brunum et Theodoricum: et est de meis. Recipe cere rasine: picis. an. quartam medium. euforbii. 3. vnam. terbentine: olei communis. ana. 3. medium. fiat vnguentum.

**C**Tertia forma est mundificatum neruorum: et propter hoc laudatur in lesione nuchae: et est Magistri Petri de bonanto. B. mellis rosati colati. quart. vnum: cere rasine: terbentine. ana. quartam media. farine ordei. 3. 5. thuris masticis sarcocolle mumie mirre. an. 3. 5. olei masticis. 3. i. fiat emplastrum.